UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Leontio Episcopo. 98.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

tionem conſuetam, ſuæque dignitati conſentaneam modeſtiam aſpernata, in conuiuium nocte adhuc vigente inſiluit, diuinum oraculum à ſapientiſſimo Daniele expoſitum fuiſſe, eúmque purpura confeſtim ac torque donatum inſpectante omni exercitu, iiſque qui magiſtratum gerebant (non enim dubium quin ſapientiæ præmia in promptu eſſent) atque ipſis præſentibus promulgatum, quod tertius in regia dignitate iam futurus eſſet, hoc eſt, poſt ipſum ac reginam. Quòd ſi quis id in frequenti foro ac non in aula regia promulgari debuiſſe dicat, illud ſciat, ea quæ in regijs aulis fiunt, vbique etiam vim obtinere. Ea enim diuinitus immiſſa ſententia quæ intus confirmatur, vtique vim obtinere conſueuit. Quin illud fortaſſe veriſimilius eſt, præconium illud literis quoque conſignatum fuiſſe. Illud porrò, quod in palatio factum fuerat, ac iam iámque vbique futurum erat, atque adeò per eius qui imperarat, iudicium completũ fuerat, Hiſtoriographus tanquam factum poſuit. Vnde etiam Darius Medus, qui tyranno ſucceſſit, cùm nihil eorum, quæ contigiſſent, ignoraret, eũ ſummo honore affecit.

Alypio. 97.

Illud fortaſſe ignoras, id quod dubitationem habet, alia dubitatione minimè vnquam diſſolui: verùm nos ab iis rebus quæ in confeſſo ſunt, controuerſarum ſolutionem quærere ſolere:

Leontio Epiſcopo. 98.

Plerique homines virtutem quidem expetunt: verùm iter illud, quod ad eam ducit, tenere grauantur. Alij autem virtutem ne quidem eſſe exiſtimant. Operæ pretium igitur eſt, iis quidem, vt ſegnitiem excutiant, perſuadere: hos autem docere, virtutem verè virtutem eſſe.

Aphrodiſio Presbytero. 99.

Quoniam Iudæus quidẽ, vt ad me ſcri-

φόβου. ἡ δὲ βασίλισσα ἐκπλαγεῖσα τῶν λογισμῶν διὰ τὴν τοῦ βασιλέως παράλυσιν ἀμελήσασα τῆς συνήθους καὶ πρεπούσης εὐκοσμίας, εἰσεπήδησεν εἰς τὸ συμπόσιον ἔτι νυκτὸς οὔσης, τὸ θεῖον θέσπισμα, ἑρμηνεῦσθαι παρὰ τοῦ σοφωτάτου Δανιήλ. καὶ τῇ μὲν πορφύρᾳ καὶ τῷ περιαυχενίῳ περιδέραιῳ τετιμῆσθαι παρεστώσης πάσης τῆς στρατιᾶς καὶ τῶν ἐν τέλει. πρόδηλον γὰρ δῆλον ὅτι τῆς σοφίας τὰ γέρα. τὸ δὲ κήρυγμα γεγενῆσθαι ἐπὶ τῶν παρόντων ὅτι τρίτος ἔσται ἐν τῇ βασιλείᾳ, τουτέστι, μετ' αὐτὸν καὶ τὴν βασιλίδα. εἰ δὲ πληθούσης ἀγορᾶς εἴποι τις ἔδει γενέσθαι, καὶ οὐκ ἐν τοῖς βασιλείοις γινόμενα, καὶ πανταχοῦ κυροῦται. ἡ γὰρ ἔνδον κυρουμένη θειοτάτη ψῆφος, πανταχοῦ κρατεῖν πέφυκεν. ἴσως δὲ μᾶλλον εἰκὸς καὶ ἐν γράμμασι διατετυπῶσθαι. τὸ δὲ ἐν τοῖς βασιλείοις γεγενημένον, ὅσον οὐδέπω καὶ ἐπὶ πάντων ἐσόμενον. μᾶλλον δὲ καὶ πεπληρωμένον. τῇ κρίσει τοῦ προστάξαντος, ὡς γεγονὸς ὁ Ἱστοριογράφος ἔθηκε. διὸ δὴ καὶ Δαρεῖος ὁ Μῆδος ὁ τὸν τύραννον διαδεξάμενος οὐδὲν ἀγνοήσας τῶν γεγενημένων, τῆς ἀνωτάτω τιμῆς αὐτὸν ἠξίωσεν.

Ἀλυπίῳ. ϟζ.

Ἴσως ἀγνοεῖς, ὅτι οὐδέποτε ἄπορον ἀπόρῳ λύεται, ἀλλ' ἀπὸ τῶν ὁμολογουμένων λαμβάνειν εἰώθαμεν.

Λεοντίῳ ἐπισκόπῳ. ϟη.

Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὀρέγονται μὲν ἀρετῆς, τὴν δὲ ἐπ' αὐτὴν φέρουσαν ὁδὸν ὀκνοῦσιν ἰέναι. ἄλλοι δὲ οὐδ' ἀρετὴν εἶναι ἡγοῦνται. χρὴ γοῦν τοὺς μὲν πεῖσαι τὸν ὄκνον ἀποθέσθαι. τοὺς δὲ διδάξαι, ὅτι ὄντως ἀρετή ἐστιν ἡ ἀρετή.

Ἀφροδισίῳ πρεσβυτέρῳ. ϟθ.

Ἐπειδή, ὡς γέγραφας, Ἰουδαῖός τις

ἀπαι-